



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

77. Externi vbi, & quo modo excip.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

erexit, Pechinensî dumtaxat commorationi professus se nunquam assensurum; ipse interea in Externorum castellum reciperet sese vbi esset de fisco regio honorifice habendus, atque illuc à suis cum Pantoia deducendum curavit.

77.
Externi vbi,
& quo modo
excip.

Ingens est fabrica Castellum externorum; muris, portis, custodia militum anxie munita: illinc aduenæ omnes etiam Legati non procedunt, nisi vt vacuo Regis throno, & tribunali Rituum se sistant, nec possunt adiri nisi gratia singulari Mandarinis interdum maioribus concessa, Præfectus Castello Mandarinus suum illic habet palatium cum extraordinaria potestate, magnifico splendidum instructus; legatis alia destinantur minora & inculta; reliquum spatij dissipata implent cubicularia, fœtida, & vndique aperta stabulando pecori, quàm hominibus aptiora: & verò in illa fœx sola hominum & mendicabula se stipant, Patres Mandarinus hospitio nobili, in suo palatio exceptit vbi sacello composito, quotidianis sacris Deo supplicabant, pro desperato aliqui, vororum suorum exitu, Biduo quàm illuc subierant in aulam inuitantur ad exsoluenda regiae Maiestati venerationis officia quæ illi ab Externis omnibus præstantur. In fronte illius palatij aræ quam dixi militum triginta millium capacem; columnarum sublimium longis impositum pender ædificium ingens, prodigæque omnino magnificentia, vt & palatij duplicis hinc & inde ala. Sub eo fores quinque reuerentiam habent singularem, quod contigua sint procoeciis regij conclusis. Extat altè in medio Thronus materiæ pretio, & artis, digna tanto monarcha sedes. Tamen enim ex gente Vanliè nunc quoque supersit nemo se in eo spectandum dederit; sed erat antiquis Regibus solenne ex eo quotidie audire Consiliarios, tribunalium capita, Legationes peregrinas, & suis demum ius dicere, & beneficia conferre; exinde aut rei publicæ tædio, aut necis metu, ne conscicitur quidem Rex è fenestris, soli enim vident Eunuchi, & feminae, inter quos puer educatur, viuit semivir, quadrupes moritur. Mansit tamen Throno regio debitus Regi honor, quem diuturna prius meditatione condiscere opus est, ne si quid in tantis eius minutis errare contigerit, aut festinantius, & rusticius exequi. Præfecto rituum fustibus iuratur: ob id ex edito, quidam quas rituum memento, de libro quem habet præ oculis, dicitur cuique singulos alta voce, motus, flexus, proclinationes, abiectiones frontis ad solum repetitas; quæ cum in longum protendinecessè sit; salutatores ad portas palatij aurorem præuertunt colore cultuque vestium ab vilitate Mandarinis multum absimili, eburneam laminam bipalmarem latam quatuor digitos ambabus manibus sic tenent, ne superiorem eius partem vlla prorsus ex causa ab ore dimoueant; forte olim veriti ne quem Rex de salutantium corpore halitum respiraret: albente cœlo, digestaque in suos ordines, militum & elephantorum custodia, panduntur palatij portæ, salutatores silatim incipiunt suis osequiis defungi, & cum præter legationes extraneas,

77.
Adoratis re-
gij Throni.

primam